

Eilhard Lubin Daniel Nicolai

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro, Cap. XI. : Nona, De Providentia Dei**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75664433X>

Druck Freier  Zugang



R. U. theol.  
Lubinus, Eilh.  
d'isp. de veritate relig.  
christianae 1-24.  
1602:03.  
1601-1602



Contenta:

- ① Frid. Cressius, De veritate religionis christianae I 1601
- ② Das. Rezzius, De ver. rel. chr. II 1601
- ③ Hart. Kallerwordian, De ver. rel. chr. III 1601
- ④ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. IV 1601
- ⑤ Abr. Drentrot, De ver. rel. chr. V 1601
- ⑥ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. VI 1601
- ⑦ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII 1601
- ⑧ Boc. Hagius, De ver. rel. chr. VIII 1601
- ⑨ Dan. Nicolai, De ver. rel. chr. IX 1601
- ⑩ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X 1602
- ⑪ Joen Vintor, De ver. rel. chr. XI 1602
- ⑫ Werner. Fabricius, De ver. rel. chr. XII 1602
- ⑬ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XIII 1602
- ⑭ Frid. Cressius, De ver. rel. chr. XIV 1602
- ⑮ Das. Rezzius, De ver. rel. chr. XV 1602
- ⑯ Hart. Kallerwordian, De ver. rel. chr. XVI 1602
- ⑰ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. XVII 1602
- ⑱ Werner. Fabricius, De ver. rel. chr. XVIII 1602
- ⑲ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX 1602
- ⑳ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX 1602
- ㉑ Dan. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI 1602
- ㉒ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII 1602
- ㉓ Joen Vintor, De ver. rel. chr. XXIII 1602
- ㉔ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XXIV 1602



9  
Disputationum  
DE VERITATE  
RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,  
EX P. MORNÆI, DE  
EADEM LIBRO,  
*Cap. XI.*

Nona,

DE PROVIDENTIA DEI.


*Quam*

DEO DVCE ET AVSPICE  
P R A E S I D E  
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-  
dere conabitur*

DANIEL NICOLAI Replerus  
Suecus.

*Hora & loco consueto.*



ROSTOCHII

Exprimebat Christophorus Reufnerus,

ANNO M. D. C. I.



DIPOLO...  
DE...  
K...  
CHRISTIANE  
ER...  
L...

NOVA  
DE...  
DE...  
DE...

PRO...  
F...  
ALF...  
DANIEL...  
D...

ROSTOCK  
ROSTOCK  
ROSTOCK





ΕΥΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO NONA,  
DE PROVIDEN-  
TIA DEI.

I.



Vod supra de DEO dicebamus, hic repetimus de Providentia, quod sit demonstrare ociosum & ridiculum esse An sit dubitare, stupidissimum & ratione indignum.

II.

Vt enim opinio & cognitio Dei apud Barbaros & Sapientes ex Providentiâ solummodò in omnibus rebus observata enata est; ita quicquid de uno etiam de altero rectè adfirmamus.

III.

Inculcat autem providentiam ordo, dispositio, concatenatio, & subordinatio cœli, motuum, elementorum, stirpium, animalium, hominum, totius & partium, omnium & singulorum etiam minutissimorum.

IV.

Cœlum & Elementa reliqua terræ, hæc herbis, hæc animalibus, quæ homini inserviunt, evidenti providentiæ documento.

V.

Metalla matricibus quibusdam foventur, plantæ virtute quadam qua succum tractum è terrâ sibi suisque partibus dividunt, & semen speciei propagandæ gignunt In Brutis membra omnia toti, sibi singula serviunt, prererea appetitus gignendi, fovendi, & amandi sætum.

VI.

Cum autem hæc metalla, stirpes, bruta, sibi parare non poterint, hoc providentiæ effectu ad ipsum Deum, causam, quasi

A 2

manu



manu deducimur. Quem sine providentiâ ne esse quidem no-  
verimus.

VII.

Quod si non providet Deus, aut non potest, aut non vult.  
Quod possit, patet, quia omnipotens est, & omnia fecit; quod et-  
iam sciat providere patet, quia sapientissimus est.

VIII.

Plantæ etiam omnibus suis partibus alimenta suggerunt,  
dequæ futuro cogitant. Bruta alimenta coquunt & membris  
omnibus distribuunt etiam in somnis, sibi quæ de vitæ commodis  
ingeniosè prospiciunt, validissimo providentiæ argumento; ad  
quam se sine Deo non magis nôrunt dirigere, quàm cæca sagitta  
sine oculo sagittarij ad scopum.

IX.

Cum etiam hominibus ars & providentiâ multiplex adsit,  
quæ plurima etiam noxia & adversa sibi reddunt utilia; quis fu-  
ror est, Deo, qui omni humana cogitatione major & melior est,  
creatori illa bona negare, quæ etiam brutis & stirpibus à Deo  
creatore data esse concedimus.

X.

Cum quæ omne intellectus opus finem spectet, Deus sum-  
mus intellectus omnium opifex in creando mundo finem spe-  
ctavit, qui cum necessario mundo melior sit, nihil quæ mundo me-  
lius sit Deo, Deus ipse mundi finis erit. Cum quæ; sic ille idem  
principium & finis sit omnium, nihil est intermedium quod  
ipsum impediât, quo minus ad finem hunc pertingat.

XI.

Quod si neges Deum illam, ut forte putas, molestam om-  
nium providentiâ suscipere velle: universa natura te refutat,  
In qua stirpes omnes suas partes, bruta omnes suos catulos, homo  
suos liberos totam quæ; familiam, & quidquid fecerunt, vegetant, a-  
lunt, amant, curant, & custodiunt. Quam virtutem qui creatis de-  
dit, carere solus eâ non potest.

XII.

Qui ergo omnia creare dignatus est propter finem, ille etiam  
omnia ad finem illum novit dirigere, quia Sapiëntia est, potest di-  
rigere quia omnipotentia est, vult dirigere quia Bonitas est.

At



## XIII.

At objicit primus Epicurus montes tantum terræ occupantes, immanes feras, horrendum mare, formidabiles ventos terræ tres partes æstiva vel frigore inhabitabiles, duas habitabiles ærumnabili hominum labore cultas, calamitates fructuum, tempestates ventorum, terra & mari, tot morbos & mortes, & deniq; misererrimam inter omnia animalia hominum vitæ conditionem; testimonium contra providentiam dicere.

## XIV.

Verum Epicurus si ratione usus fuisset, ex varijs illis & constantibus in cælo motibus, uni universali primo motui obtemperantibus, ad primum aliquem motorem cæli rectorem deductus esset, & observasset in terrâ, quæ ad cælum collata puncti instar, vices anni à sole, reciprocationes maris à Lunâ regi, & per consequens etiam à rectore cæli Solis & Lunæ regi & gubernari, illumq; qui vastam cæli machinam regit, in puncto terræ regendo non deficere.

## XV.

Quod sicubi in terrâ providentiam Dei minus observamus, mirum non est, cum ne operum quidem artificialium humanorum rationes sæpè pervideamus; quorum multas partes in se utilissimas, supervacaneas & rejiculas imprudenter opinamur. Quanto minus consilium Dei in naturæ operibus cognoverimus: In quibus si quid absurdum videatur, non Dei providentiæ, sed nostræ ignorantix imputetur.

## XVI.

Iam ad montes quod attinet, eodem jure nasum in vultu reprehendere poterat. Qui cum in vultu formosissimus sit, nec montes in terra deformes erunt, sine quibus planities esse & intelligi nequit, non minus quam albedo sine nigredine, & reliqua contraria, quæ ex mutuâ collatione se commendant, & in quibus varijs & contrarijs providentia solummodo esse & cognosci potest.

## XVII.

Interim montium utilitas evidentissima est, cum silvis montium fugiamus pluviam, calorem & frigus; cum fluminibus & montibus effusis ad extrema maris & terræ penetremus, cum



regna dividant, greges & armenta alant, vineas, fontes & amantissimos secessus præbeant, in planitie negatos.

XVIII.

Feræ etiam per se non malæ, sed ob malitiam & imprudentiam hominum tantum, nec ijs nisi fame ira aut timore compulsæ nocent, in quibus quæ nocituræ videntur solæ degunt, quæ utiles homini sua quasi servitia offerunt, non sine singulari Dei providentiâ.

XIX.

Quod de mari conqueritur, idem poterat piscis queri de terrâ, cujus tamen plurimæ partes adhuc incultæ. Mare autem pisces alens commetaia per naves promovens, imminens terræ, & eam tamen non obruens, quin etiam minutissimis insulis locum relinquens: Providentiam Dei aperitissimè declarat.

XX.

Iam sublatis ventis & mercimonia tollerantur, & vix decima terræ pars cognita foret, qui cum adversi sunt his, illis secundi sunt, & laudandi invocandiq; Deum materiam amplissimam suppeditant.

XXI.

Terræ autem tres partes frigore aut æstu inhabitabilis esse, falsum est, adeò ut ex temperatis ad illas quotidie migremus. In quibus constans dierum & noctium varietas ab unius solis constanti cursu orta, arte notis & litteris consignatâ observatur. Quæ res cum non nisi arte observetur, quanto major erit in ipsâ re, quanto vero adhuc major erit in ipso opifice.

XXII-

Sentes autem & spinæ in tertâ malam tibi pigritiam excutiant, Pruinæ & rubigines in fructibus, à Deo laborum tuorum benedictionem te exspectare docent, quæque in malam partem interpretaris in salutem tuam Dei providentiâ tibi cedunt.

XXIII.

Iam ad calamitates humanas quod spectat, ut jam non dicam quod homo peccando sibi illas acciverit, licet infantem, nudum, & imbecillem natura quasi exponat, omnibus tamen matris amorem, nutricis curam, alimenti copiâ benignè providit, validissimo providentiæ argumento,

Morbi



**XXIV.**

Morbi si hominum culpâ oboriuntur, cur providentia accusatur? sin pænâ loco à Deo immittuntur, cur remedia recusantur? Cur autem Mors condemnatur, cum illa tot morbis, tot calamitatibus hominem subducatur. Quæ si à bonis mundanis te auferret, cogita quod morte tuorum illa consecutus sis.

**XXV.**

Quæ mors cum inexpectata hominem occupet, expectata sæpè fugiat, nec certa naturæ lege hominibus definita sit, documento est, quod ex superioris arbitrio dependeat, à quo ad Dei gloriam mundi ordinem, & morientium salutem dirigitur.

**XXVI.**

Denique homo mortalitas esse debebat, non aliter quam ignis ignis, & oculus oculus. Et ratio est, quia voluntas Dei singulis suum esse assignavit. Qui hominem immutabilem & sibi similem facere neque voluit neque debuit.

**XXVII.**

Nec est quod objiciant multa esse vilia, & Dei curâ indigna, cum Deo nihil vile sit, qui omnia fecerit, & æquè magnum, imo majus potentia specimen exhibuerit in culice, quam in elephante condendo. Quidni autem dignetur illa curare, quæ dignatus est condere?

**XXVIII.**

Nec putandum Deum corruptibilem curâ maculari, cum Sol omnia munda immune sine contagione radijs suis contingat: Multo minus, quod majora curet, minora ministris relinquat; cum reges etiam inveniantur, qui usque ad gregarios omnes suos milites compellâint, laxis, calonibus, afinis ipsis, pabulum procurarint.

**XXIX.**

Nec mirandum Deum omnia ad suum usum & finem posse convertere, quum (quod ejusdem potentia est) omnia ex nihilo potuerit facere, adeo ut nihil tam exiguum, nihil tam excelsum, nihil tam iniquum, nihil tam contrarium, quod non ad omnia maxima & minima pro suâ victoriâ, justitiâ & gloriâ ad suum finem dirigat.

Nec



X X X.

Nec metuendum, ne forte Deus tot rerum onere distrahat & succumbat, qui non succumbit aut succubuit cum tot rerum varietatem producit & produxit, cum etiam humana anima ad res vilissimas, ungues & capillos se possit diffundere & nihilominus suis cogitationibus divina & humana, pacis & belli opera meditari.

XXXI.

Quia etiam vis illa in vegetativis alimentum etiam minutissimis pro sua cuique proportione distribuit. Sol etiam unus tot stirpibus, animalibus, gentibus, sine labore inservit.

XXXII.

Si hæc res creata potuit, quid creator? qui non solum vita & anima est omnis vitæ, animæ & mundi. Sed etiam omnia illa ex nihilo creavit.

XXXIII.

Vt autem Senatu feriente Respub. perturbatur, anima moriente actio desinit, planta marcescit, Sole occidente aut deficiente mundus obscuratur: Sic ni à Deo omnia regerentur, omnia continuo perturbata procumberent, & ad nihilum reciderent.

XXXIV.

Quod si providentia se ad omnia in cælo & terra extendit, quo se creatio, profecto etiam ad hominem se extendit, cum hujus corpore in terra, animam in cælo nihil sit excellentius; & si se ad homines, etiam haud dubie sine discrimine ad omnes & singulos magnos & parvos se extendet, cui parvum & magnum nihil, nec patietur mala bonis, bona malis contingere. Cui laus & gloria.

AXIOMATA.

1. Providentia non sine Deo, & contrà.
2. Nihil fit sine causa efficiente & finali.
3. Creatum esse & providentia gubernari eodem se extendunt summa, *ισογονα.*
4. Providentia in unâ & uniusmodi re nulla.
5. Contraria contrarijs cognoscuntur & commendantur.
6. Diversitatem qui tollit, pulcritudinem & mundum tollit.
















the scale towards document

ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-  
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum nē-

tionem illam repentinam, quā Deorum cultus  
nt, ad constellationem referunt, quā mundum  
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-  
nominari supponunt, quæ vesanorum hominum  
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,  
imis sæpe religionibus inbuti, quā insaniam suam  
Cumq; Planeta climatis religionis Judaicæ  
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere  
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-  
♄ Chaldaicam, cum ☉ Aegyptiam, cum ♃ Mahu-  
a, cum ☾ Antichristianam, Addunt a. magnas medias  
interq; se de religionis domo variè contendunt (quæ  
ex fo) prius inter se insulsi & insani conveniant, an-  
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis  
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,  
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod nex-  
Astrologorum somnio sex esse possint Religiones  
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius  
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-  
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pio-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-  
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso  
on cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis  
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-  
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-  
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-  
nyanæi, Appulei Madaurenfis. Cum Simon vel eo-  
is sit, Iesu divinitati concesserit. Et cuius Diabolica  
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-